



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Materia proxima, quæ est ablutio. §. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

CAPUT PRIMUM §. SECUNDUS.

15

Materia remota dubia ad Baptismum.

8. Aquæ illæ, quæ ex vi ignis per stillicidiam ex herbis, floribus, vel radicibus extrahuntur, qualis est aqua rosacea, & similes, incertum est, an sint aptæ baptissimi materia, quia licet communis opinio, ferat has non esse veritatem.

a. *Castrrop.* r̄e aquas, non a nemo tamen aquam clementem esse putat.

d. 2 p. 5. n. 6. *lege cūdem de Baptismo loco citato.* 9. Aquæ extractæ artificio quodam, cuius meminit b. *Vecherus*, à vino, cui antea fuit admixta aqua, incerta mihi aqua est, quia non constat, an sit illa aqua, quæ fuerat admixta, an partes puriores vini, quæ nobis aquæ apparent.

r. *rus lib. 3.* 10. Brodium item non admodum spissum, seu coctum, vel aqua luto non admodum denso confusa, vel lixivium leue, id est non multis cineribus imbibitum, & similia erunt incerta materia, quando incertum est, an servent naturalem speciem, vel usum comunem aquæ.

c. *Silvestr Angelius, Tabiena, Armilla, omnes u. Baptif mus.* d. *Leand.* 11. Aqnam resolutam à sale concreto ex aqua salina maris, dubia mihi materia baptissimæ est, quia nimis multum exhalationis terra retinet, multò e magis resoluta ex sale montano, id est ex eo sale, quod in nostra Sicilia copiosum est, & à salis fodiis ad quotidianum usum, lapidum instar, exciditur.

d. 2. *de Bap. d.* 12. Scio Leandrum, d. & e Bonacinam putare, aquam resolutam à sale maris esse aquam naturalem, sed id mihi non videtur ita certum, ut ex illius ablutione certum pronunciem Baptismum.

z. q. 4. & 7 13. Aqua existens in linteo, vel digito, nisi e Bonac. exprimiratur, dubium est, an sit apta materia, quia ut sic, non est certum, an sit apta ad lavandum, quamvis f. Leander doceat tum glaciem, lutumque n. 6. dicta, tum prædictum f. Leand. linteum, digitumque apta esse, quia putat ad hue per illam, quamvis non expressam, sed, ut q. 4. & 5. ita dicam, impressam in corpus baptizandi, hominem denominari simpliciter ablutum, sed vide, quæ dicam §. 3. num. 21. & 22.

§. II.

De materia remota Baptissimi quondam licitum usum.

i. R Egula generalis est, debere servari consuetudinem Ecclesie, ut licite confer-

tur Baptismus, atque adeò, seclusa necessitate, semper adlibitam esse aquam Sacri Fontis ritè benedicti.

z. Quidam Parochus non multis ab hinc annis, ob extraordinarium hyemis rigorem, solemniter baptizavit infantem aqua calida communi, ne tenellos infantis artus offenderet frigida Sacri Fontis, peccavitne is mortaliter?

Respondeo. Mortaliter peccasse videatur colligi ex Bonacina g. cum aliis, quia g. Bonac. à confusione Ecclesie in re gravi di. L. c. n. 7. fecit: sed non peccasse mortaliter fusé & 8. probat Quintanadvenas; quia h. nullum est, h. Quintanadvenas, de hac re præceptum: quod si eslet sanè tanad. de re eslet non substantiali, sed modicæ materialiter?

3. Quid si Parochus adhibueret aquam Sacri Fontis, illam calefaciens? Respondeo, hanc vocare irreverentiam saltem gravem, nequaquam audeo.

4. Dicitum astem est, (solémniter baptizavit) nam quando propter necessitatem confertur Baptismus privatum, si facile benedicta aqua fontis haberi nequeat, non benedicta, sine ulla dubitatione, uti omnino poteris, & debebis.

Illud item concedit dicta necessitas, ut possis immo, & ex charitate debebas adhibere materiam dubiam, si cerra haberis non posse, quod tamen cum conditione, saltem mente conceperis, faciendum erit in hunc modum, Si materia hac idonea est ad baptizandum, ego te baptizo in nomine Patris, &c. Verum deinde, quando aqua certè naturalis habebitur, debebit is rebaptizari sub alia conditione in hunc modum, Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, &c. Quod si forte aliquem baptizasti, materia omnino insufficienti, v.g. oleo, vino, &c. tunc certè sine ulla conditione illum rebaptizare omnino debes.

§. III.

De materia proxima Baptissimi, qua est Ablutio certò sufficiens.

i. Q Via ablutio est contractus successivus aquæ ad corpus baptizati, id est sufficiens certò est ea ablutio, quæ sit per immersionem, vel per notabilem aspersionem,

B. 3. vel

vel per effusionem item notabilem aquæ in corpus, ipsum corpus contingendo.

a Castrop. 2. Trina immersio olim erat in præcepto, nunc id cessasse nota: *a Castropalaus, adde Bap. d. uni. p. 4. n. 2. in fine.* addens in prima ex tribus completi Baptismum, prolata jam tunc forma; Quod si expressè baptizans nolit, nisi per tertiam, tunc enim verò non ex defectu ablutionis, sed ex defectu intentionis, (at certè non rite) completere in tertia.

3. Dixi autem (ipsum corpus contingendo) non quidem totum, cum satis sit fieri ablutionem in principali hominis parte, sic enim absolutè dicitur homo ablui. Nam propterea, sive ex præcepto, sive ex Ecclesiæ consuetudine solet fieri in capite, vel in pectore, vel in scapulis, vel in brachio, non quod totum, v. g. caput, sed quod notabilis ejus pars abluitur.

b Castrop. 4. Unum hic in Castropalaus **b** videtur intelligi non posse; sic enim habet. *Probabilis est requiri, Baptismum fieri in aliqua parte corporis principe; v. g. in capite, pectore, scapulis, brachio, pede, facium verò in digitis, vel in sola manu insufficiens est.*

5. Hac Castropalaus, à quo rogo, cur judicet, pedem esse partem principem corporis, non verò manum?

6. Respondere, Lector, posses, Castropalaum loquentem de manu, docere, nequam sufficere ablui solam manum (nota illud, *sola*) at loquacitem de pede, docere, satis sufficere pedem, non addendo (*solum pedem*)

c Zaccu- Cum ergo pes apud doctos (ut notat Zaccutus, et præstantissimus Medicus, & Anatomista) significet complexum ex fœmore, tibia, & 6. Historia extreme pede, totum id intelligit Castropalaus nomine pedis, cuius ablutio sufficiat ad letos. sec. 4. Baptismum, non verò ipsum solum extremum pedem, qui certè, si solus abluitur, non sufficit, sicuti, nec sufficit si solum abluitur extrema manus.

7. Eruditè ictum contra Castropalaum contortum avertere contendisti, amicè Lector; Verum ego iterum rogo, si ad Medicos confugis, cur in codem Zaccuto loco prorsus à te citato non legisti, etiam manum apud eosdem significare complexum ex brachio, cubito, & extrema manu? debuit iste ergo saltem, ne obscurè loquereur Castropalaus, distinctorē docere, sufficere ad baptismum ablutionem pedis, & manus, ut complectentium il-

laciāt partē, non verò sufficere, ut solum extremas complectentium.

8. Si obstetrix, manu immissa in uterum, baptizet infantem in parte principali, v. g. in capite, multò magis si baptizet in simili parte jam ab utero egredi, & sufficenter baptizar, d. *Hurt. d. 3. de bap.*

9. Si puerum v. g. ligatum fune immittas diff. 2. *L.* in flumen, & extrahas, validè illum baptizas, ander de prolata forma, quia verè tunc puerum abluis. *bap. d. 2.* Non ita si ex se puer in flumen cadat, nam q. 21. multum non abluitur ab alio, hoc est à ministro *toschans.* Baptismi: quam personarum distinctionem esse necessariam dicetur mox.

10. Si eundem immittas in flumen, vel puerum, sed illum iude non extrahas, an validè baptizes, mox §. 4. explicabitur.

11. Si linteum aqua imbibitum exprimas in corpus baptizandi, ut eriam si glaciem, linteumque pari modo exprimas, sufficenter baptizas, prolata forma, quia sic sufficenter abluis. Non ita, sed sub dubio, si solum imprimas, ut dixi §. 1. num. 13. Est alia quadam ablutio sufficiens, de qua per occasionem mox num. 13.

Ablutio certè non sufficiens.

12. Si ablucas vestes tantum baptizandi, vel uterum Matris, in quibus sit infans, vel linteum vel corium, in quibus idem forsitan est involutus, insufficienter pro re nostra abluis, quia sic baptizandum vere non abluis.

13. Quid si vestitus quis induit, linteo, similique vestibus, ita in fontem à te immergatur, emergaturque, vel ita perfundatur aqua, ut ipsa proper porositatem vestis in corpus ipsum penetret?

Respondeo. Sufficere merito insinuat Castropalaus, & alii, quia is tunc vere abluitur. c. *Castrop.*

14. Si ex se cadat quis in fontem, non sufficere pro re nostra. tam dixi num. 9. *Bonac. d. 1.*

15. Si te remote habeas ad ablutionem baptizandi, nec item sufficere dicam mox nu. 18. 2. p. 3. n. 21. *Leandr. I.*

Ablutio dubie sufficiens.

16. Ex triplici capite, quantum nunc ad nostrum institutum facit, dubia sufficientia esse possunt, hoc est, ex parte baptizantis, baptizati, & aquæ.

17. Ex parte baptizantis. Si puerum, v. g. sub-

e. q. 22.
c. 23.

De Materia proxima Baptizandi quoad dictum
utrum.

submitas sub regulas, vel in alium locum unde aqua actu dilabitur, formamque adhibeas, sufficienter baptizari puerum putant Bonacina, & Leander; mihi dubia videtur res hæc, quia sic nimis largè, & remotè diceris puerum ablucere.

18. Dixi (actu dilabitur) nam si submittas hominem in predicta, vel similia loca, ex quibus aqua ex notabili intervallo effluxura est, qua deinde fluente, tu formam proferas, non dubium baptismum, sed certo nullum administratus mihi videris, quia hoc pacto remotissimè ad illam ablutionem habes.

19. Ex parte baptizandi. Si quis in capillis tantum, si infans in secundina, qua involutus nascitur, si quis in digito, imò etiam in sola manu, vel solo pede ablucatur dubiè baptizatur, quia incertum est, aliis affirmantibus, de negantibus aliis, an hoc modo dicantur praedicti absolute, & vere ablui.

20. Si quis immersatur in aquam, sed non emergat; (id quod evenire posset, quando quis in fine immersionis statim moreresur) inter dubia baptismata connumero, licet enim probabile putem cum Suar. Vasq. Val. Coninck. quos sequitur citatus Hurtadus, a non esse necesse, ut immersioni succedat emersio, sicut nec si Baptismus fiat per aspersionem, necesse est, ut aqua fluat per corpus baptizandi, sed suffici si habeat, cum sic satis, superq; constitutiar lotio humana, quemadmodum si manibus madefactis faciem abluis, diceris absolute faciem lavare; licet inquam id probabile putem: tamen, quia non est certum an sic simpliciter apponatur vera ablutio, ideo hunc modum inter baptismata dubia recentendum, quoad proxim, judico, sicuti in simili de hinc, vel digito madefacto dixi §. 1. num. 13. & mox repeatam num. 22.

a Hurt.
l.c. diff. 5.

b Bonac.
l.c. nu. 19

21. Ex parte aquæ. Una, vel altera aquæ gutta, & ex Bonacina, & etiam addita tertia, etiam si successivè corpus tangat, dubia ablutio est, cum aliqui negent, aliqui affirmant, sic posse hominem dici absolute ablui.

22. Linteum, vel manum aqua madefacta, & in corpus baptizandi tantummodo impressa, dixi §. 1. num. 13. & nunc in proprio loco repertere debo, dubium esse, saltem pro praxi, an constituant ablutionem absolute dictam, atque adeo dubium esse & baptisma.

1. **I**dem hæc proportionaliter dici debet, quod §. 2. dictum est. Solum ex Castropalao e addit, non esse mortale, si quis in c. Castr. Ecclesia, quæ confuevit baptizare per im- de Baptis. misionem; baptizaret per effusionem, vel diff. unic. contia, quia hæc censetur levis mutatio. p. 4. n. 2.

Occasione predictorum quaro, an quidam, qui ut infantem jam jam moriturum baptizaret, illum aqua suffocarvit, in irregularitate incidentem incederit?

2. **C**uriosam mihi proposita quidam difficultatem ex illo easu ortam, qui ex parte Panormitanus contingit, & de quo pluribus disputaverunt tune Sapientes.

Casus ille fuit hujusmodi: Quidam deferen-
tia infantem baptizandum in remotam Ecclesiam, advertit eum morti esse proximum, cum ergo aqua caroret, & in pu-
teum, forte obvium incidet, infantem in illum projectat, verba formæ legitimè pro-
nuntians.

Quare quæstum Primo fuit, an infans, si vivus ad aquas pervenit, ritè fuerit baptizatus? Fuisse, putavit Panormitanus, & plures Canonistæ, sed nequam fuisse multi ex Theologis docuerunt. Præcipua utrorum que ratio fuit, quia Canonistar tenebant, Vasq. Co-
ad baptismum, non oportere, nec nisi in mersioni succedere emersionem, oportere eos tenebant Theologi. Omnes tamen consen-
serunt, si forte puer ille vivus extractus fuis-
set, debuisse sub conditione iterum baptizati. 7. dup. p.
Utraque sententia fuit probabilis, & illam quibus ad-
quidem Canonistarum hodie communem jam de Castrop.
esse & inter recentiores Theologos invenies, de bapt. d.
cui favent quæ diximus §. præcedente n. 20. un. p. 4. n.
nec tamen nego, opinionem illorum Theo- 10. citans
logorum à recentioribus & aliquibus, etiam Valentiam
nunc admitti.

3. Quæstum fuit Secundum, An licet id fieti, & sine peccato potuerit? Responsum que ab omnibus est, illicitè; quia non sunt c. Toletus,
facienda mala, ut eveniant bona: occide- aliisque
re autem innocentem, malum est intrinsecus, apud Ca-
scé, nam, propter non absimilem rationem, s. prop. l. 4.
non